



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, 1734

VD18 90392140

Q. 7. An Simoniæ reus est, qui temporale pro spirituali promittit sine
animo implendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40986

aliquid temporale commodum, & nullum interveniat pretium: quia nullo jure est vetita: non jure divino, nam nulla est per se irreverentia, si res Sacra cum alia commutetur nullo interveniente pretio, cum utraque sit ejusdem ordinis: neque jure Ecclesiastico; nam licet in jure prohibatur generaliter omnis pactio in rebus spiritualibus, hoc intelligitur de iis, quibus annexum est aliquid temporale commodum, vel quae fit interveniente pretio temporali. Hinc licet duo paciscuntur mutua preces, mutua Sacrificia, mutuam operam Sacram, v. g. me obligo ad celebrandum eras Missam pro te, ut tu alio die eam pro me celebres.

Q. 7. *An simonia reus est, qui temporale pro spirituali promittit sine animo implendi?*

Resp. Aff. Nam talis habet voluntatem acquirendi Beneficium per aliquid temporale promissum. Deinde non solum datio, sed etiam promissio in jure prohibetur ut simoniaca cap. 12. de Simon. & à Conc. Melphitanus cap. 1. dignitate vel Officio privantur, qui dato, vel promisso, vel pretio, vel servitio ea intentione intento, vel precibus, Ecclesiasticam dignitatem assequuntur.

Qui verò sine animo se obligandi promit-

mittit temporale pro spirituali, committit grave peccatum saltem injustæ deceptionis, scandali, inductionis, & cooperationis ad simoniam mentalem alterius. Item qui rem spiritualem fictè promittit pro temporali, graviter peccat mendacio pernicioſo, & scandaloso, & irreverentiam infert rebus sacris, ita illis abutendo.

Q. 8. *Quale peccatum est Simonia?*

Resp. I. Simonia juris divini est semper per se peccatum mortale. *Ita omnes.* Constat i ex 4. Reg. 5. ubi Giezi corruptus fuit lepræ, quod pecuniam procuratione lepræ per miraculum facta exegisset. Et ex Act. 8 *Pecuniatus tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti pecunia possideri. . pœnitentiam age ab haenæ nequitia tua.* & Matth. 10. *gratis acceptistis, gratis date.* 2. Quia est gravis irreverentia in rem Sacram, & consequenter in Deum ejus auctorem, dum tanquam profana, & temporalis commutatur pretio temporali; et que æquatur saltem facto, & sicut res infima, venalis, profana & temporalis tractatur, ac deprimitur. *Unde simonia in jure Canonico vocatur execrabile flagitium.* Nec potest esse venialis ex levitate materiæ, seu rei spiritualis, cùm nulla sit, quæ non sit res gravis momenti in se, & inæstimabilis pretio, utpote ordinis su-

Tt 5 perio-